



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

S. Avrel. Avgvstini Confessionvm Libri X

Augustinus, Aurelius

Coloniae, 1646

Cap. VII. Nec vegetativæ, nec sensituvæ animæ vi Deum inveniri, cum
utraque brutis sit communis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10120

C A P. VII.

Nec vegetativa, nec sensitiva anima vi Deum inveniri, cum utraque brutis sit communis.

I. **Q**uid ergo amo, cum Deum meum amo? Quis est ille, super caput animæ meæ? Per ipsam animam meam, ascendam ad illum. Transibo vim meam, qua hæreo corpori, & vitaliter compagem ejus repleo. Non ea vi reperio Deum meum, nam repe- Psal. 31.9.
raret equus & mulus, quibus non est intellectus, & est eadem vis, qua vivunt etiam eorum cor-
pora.

2. Est alia vis, non solum, qua vivifico sed etiam qua sensitivo carnem meam, quia mihi fabricavit Dominus, jubens oculo, ut non audiat, & auri, ut non videat: sed illi, per quem videam, huic, per quam audiam, & propria sigillatim cæteris sensibus, sedibus suis & officiis suis, quæ diversa per eos ago unus ego animus. Transibo & istam vim meam. Nam & hanc habet equus & mulus, sentiunt enim etiam ipse per corpus.

V S V S.

Recenset S. D. quonodo Deum non inventum in rebus corporeis, quæsiverit in anima sua, & per illam. I. Quidem ait, se illum non invenisse vi vegetante. II. Nec per vim sentientem, neque enim istæ facultates assurgunt, ultra res corpo-
reas & sensibiles, nobis cum brutis communes. Imitemur S. D. & sensibilibus relictis, ratione duce Deum quæramus.

Q 4

C A P.